

Aliud.

Ngenuas inter, Cælo quas hausimus, artes
Obtinuit medium *MVSICA* dialocum.
Et meritò! humanos reliquæ vertuntur in usus:
Huius Scopus & finis gloria honorq; *DEI*.
Nec seruire tamen mortalibus abnegat ipsis,
Tempora seu fuerint nubila, siue bona.
Tristes exhilarat miti modulamine: letis
Ut rata sint omni gaudia parte facit.
Inunc & rogita, cur tanti muneris usum
Urgeat assiduo docta labore Cohors?
Quod melius studium, res sacra & munere digna
Neglecta ut iaceat spretaq; nolle pati?
Qui legis antiquos, perscrutarisq; recentes,
Ut sit cognitior *MVSICA* casta tibi;
Hac evolve etiam: dextrè congesta videbis,
Quæ vastis alijs proposuere libris.
Cumq; nihil spectet, nisi publica Commoda, supplex
Concilia *AVTORI* fata secunda pio.

Henricus Meibomius,
Poëta & Historicus F.

